vnus ſufficiat, qualiter deponere debent, num. 330. Et quid ſi diſcordent, nu. 333. Et ad quem ſpectet electio medicorum, ad iudicẽ, uel ad partem, n. 334. Et an valeat ſententia lata ſuper ueniente iudicio alterius medici contrarium ſentientis, vide ibi nu. 335. vbi etiam an poſſit retractari. *Giach.*

d *De fure.*] Quæ requirantur, Fari. vol. 5. q. 125. p. 4. nu. 168. & 169. vſque 204. & 210. *Roſ.*

e *Primo quod iſtud fiat.*] Adde unum notab. dictũ Alex. de Neuo in
172 conſ. 89. vbi † multum ſubtiliter tenuit, quod licet vulnerare fratrẽ nocturnũ, etiã ſine periculo perdẽdi res ſuas, & ibi declarat tex. in l. furẽ, ff. de ſicar. quod loquatur, quãdo quis proceſſit ad occiſionem, ut tũc teneatur probare, ꝙ aliter res ſuas defen. nõ potuiſſet.
173 Item † adde, ꝙ ad hoc vt fur nocturnus impunè poſſit occidi, requiritur, quòd immineat periculũ perditionis magnæ rei: ſecus rei vilis, Aret. in verb. & ueſtem celeſtẽ, col. 2. per textũ, in l. ſi ex plagijs, §. tabernarius, ff. ad l. Aquil. Sed Flor. in d. §. Tabernarius, tenuit, quod pro defenſione rei ſuæ, & minimæ quilibet pôt vulnerare, & occidere furẽ nocturnum: ſed
174 † non licet eum occidere, qui iam domo exiuit, & fugit cum re minima, quem refert, & ſequitur idem Alexã. de Neuo d. conſ. 86. nu. 5. & ſequ. & quod non liceat furẽ occidere pro re modica, tenet Tiraquel. in tract. de iudic. in reb. exig. feren. q. 77. *Baiar.*

f *Clamet.*] Addequod iſta duo requiſita ſolum conſiderauit D. Alex. in conſ. illius 140. nu. 1. lib. 2. & hoc de iur. ciuili: de iure autem canonico fur
175 † non poteſt aliquo modo occidi pro recuperatione bonorum, ſed potius debet quis pati damnum quàm occidere, vt cap. ſuſcepimus, de homicid. *Giach.*

g *Quarto requiritur.*] Farin. d. p. 4. n. 257. *Roſ.*

h *In d urno.*] Farin. d. q. 4. nu. 252. & ſeq. *Roſ.*

In diurno.] Idem vide per Ang. de Aret. in §. iniuria. poſt nu 7. Inſt. de l. Aqui. Et de vtroque vide per Pract. Carrer. §. homic. 6. pag. mihi 480. *Giach.*

176 i *Idem etiam eſt dicendum.)* Adde, † quòd ſi ex interuallo occiderit, quando Iudicem adiuit, & eius bona iuris remedio recuperare nõ potuerit, mitius puniri debet, Aſin. in conſ. 111. to. 2. conſ. crim. diuerſ. magn. impreſſ. *Baiard.*

tale quòd omnio eſſet certum quòd vulneratus fuiſſet et eo periturus; & tunc primus tenetur tantum de vulnerato, Secundus autem de occiſo. Aut erat indubitatum, quod ex primo vulnere euadere non poterat: & tunc etiam primus vulnerans tenetur de occiſo. Et hanc opin. dicit eſſe communem Boer. deciſ. 323. poſt nu. 10. Didac. in repet. d. clem. ſi furioſus, fol. 292. nu. 4. de hom. Placa lib. 1. delictor. c. 12. n. 8. Blãc. in pract. crim. fol. 134. poſt nu. 69.

47 *Vltima eſt defenſio, quam reus proponit, licuiſſe ſibi impune eũ, quem occidit, interficere, cuius rei tria poſſunt afferri exempla, ſcilicet furis, adulteri, & banniti, qui omnes videntur impune occidi poſſe: de his ergo ſingulis videamus. Et in primis* ᵈ *de fure; in quo quidem eſt diſtinguendum inter furem nocturnum, & diurnum. In fure nocturno facienda eſt concluſio, quòd licet impune illũ occidere, vt eſt tex. in l. furẽ nocturnum ff. ad l. Corn. de ſicar. Scias tamen, quòd ad hoc vt licitum ſit occidere furem nocturnum, multa requiruntur: Primo, quod iſtud fiat pro defenſione fuit ipſius, vel rerũ ſuarum; alias non poteſt quis occidere furẽ, ſi recedat ſine rebus ſuis. Secũdo requiritur, quòd volens occidere furem nocturnum,* ᶠ *clamet. Tertio requiritur, quòd eum non recognouerit, neque habuit teſtes, qui potuerint illũ cognoſcere, & contra eũ deponere de furto.* ⁿ *Quarto requiritur, quod eũ capere non potuerit. Et hæc omnia requiri ſecundum communem opin. atteſtatur Bolen. in rep. l. capitalium. & §. famoſos, numero. 164. ff. de pœnis. Prac. Iod. capitulo 78. numero ſecundo,* ʰ *In diurno autem fure pariter facienda eſt concluſio, quòd liceat illum interficere; ſi telo ſe defendat. Et eſt communis opin. vt ait Bolen. in loco præ alleg. num. 165. Quod intellige, vt procedat, quando quis dubitat, an venerit ad furandum, vel ad occidendum, neque potuit ei parcere abſque propriæ vitæ periculo: hoc enim caſu vtique poteſt illum impunè interficere. Et hoc fatentur omnes, vt ait Dida. in repet. d. clem. ſi furioſus, fol. 327. verſ. primus ſit, de homicid.* ⁱ *Idem etiam eſt dicendum, quando reperitur à domino exportare res ſuas, et cum illis aufugere, neque aliter poterant recuperari, quia ſcilicet nolebat eas reſtituere, & telo reſiſtebat. Et eſt communis opin. vt dicit Alex. conſ. 138. numero 9. libro 6. Didac. in loco præ al. fol. 217. verſic. Secundo proponitur. Et quod liceat impune occidere furem pro defenſione rerum ſuarum, quando aliter non poſſunt recuperari, dicit eſſe communem opin. Iaſ. in l. vt vim, numero 25. ff. de iuſtit. & iure: quẽ refert Villalob. in ſua collecta communium opin. in littera O, verſ. occidi poteſt fur. Vide quæ dixi ſupra verſic. Hæc autem.*

48 *Dixi* ᵏ *etiam poſſet adulterũ impune occidi. Scias itaque, quod licet patri impune occidere adulterum deprehenſum cum filia in adulterio, vt eſt tex. in l. patri, ff. de adult. Quod intellige, vt procedat, dummodo concurrant ea, de*

k *Dixit etiam.)* Excuſatio de adultero, quæ requirantur in patre. Far. in ſua pract. crim. vol. 5. q. 121. par. 1. 22. & 26. & q. 91. nu. 6. vol. 4. *Roſ.*

Dixi etiã poſſe adulteri, &c.) Adde, ꝙ pater pôt occidere fi-
177 liã † inuentam in adult. etiã prægnantẽ, Bart. in l. Imper. la. n. 2. ff. de ſtat. hom. idẽ tenet in 1. lect. Ang. & Bal. quod nõ puniatur de homic. In 2. autẽ lect. tenet idẽ Bal. referẽdo Guiel. & Cyn. & ſubdit, ſed tu dic, quod nõ debet impedire animã; vnde licet pater non puniatur, tamen aliqualiter punitur propter partum.
178 Itẽ adde, q̃n dicatur reperti in ipſa turpitud. vt per Iod. in pra. cri. c. 89. n. 19. fol. 147. & ibi n. 23.
179 dicit, † quod q̃n eſt uirgo, uel vidua, ea impunè
180 non pôt occidere: † & quod ceſſa non permittitur auo neptẽ, quam hẽt
181 in pôtate, occidere. Et idẽ tenet Are. in glo. Che m'hai adultera o la mia donna. vid. etiã Decia. in tract. cri. l. 9. c. 15. n. 15. to. 2. ubi tenet, quod pater non poteſt in præſudi js adulterij, puta, permittente laſciuè tractari & oſculari ab adult. non poterit eos impune occidere, & q̃n aliqua pœna
182 ſit pun. Itẽ † adde, quod ſi adulter deprehenſus in adult. ſe defendendo interficeret patrẽ, deberet puniri de hom. quia eius defenſio eſt prohibita, Bologn. in 1. vt uim, n. 18. ff.
183 de iuſt. & iur. Itẽ † adde, quod de iur. canon. nõ licet patri occidere filiã in adulterio deprehenſã, c. iter hęc, 33. q. 2. et Decia. in tra. cri. to. 1. li. 2. c. 19. n. 8. in cõis opi eſt in cõtrar. quod patri, & marito licitũ ſit occidere filiã, vel vxorẽ de iure canon. et in terris eccl. quãuis in foro poli ſecus ſit, Pariſ. cõſ. 154. n. 12. vol. 4. Neuiz. in Syl. nupt. lib. 1. nu. 83. fol. 52. & 53. & latè Cepha. in conſ. 305. per totum, vol. 3. vbi conſuluit pro patre, quam filiam, & amaſium inflagranti crimine repertos interfecerat; & ibi dicit, quod cap. inter hæc, ſentit de pœna ſpirituali.
184 Item adde, † quòd licet patri, & marito interficere clericum repertum inflagranti, id eſt in adulterio, nec per hoc inciderent in ſententiam excommunicationis latæ ſententiæ; vt in terminis tenuit Fulgoſ. in l. quid ergo, in §. ſi hæres, ff. de legat. 1. & ibi Bald. quos ſequitur Bremon de concub. in rubri. de adulterio, nu. 19. *Baiard.*

l *Occidere adulterum.)* Adde, atque latius vide etiam

per

per Carrer. in pract. crim. §. homicidium 6. num. 234. cum ſeq. vbi fuſius omnia requiſita poſuit. *Giach.*

m *Eodem impetu.*] Quando autem intelligatur idem impetus, habetur in l. quod ait. § fin. ff. de adult. *Drogh.*

n *Et hæc omnia.*] Quid in clerico adultero. Far. d. q. 121. par. 1. num. 6. & 7. *Roſi.*

o *Vel Magiſtratu.*] De iſta quæſtione vide etiam per Car. in pra. cri. §. homicidium 6. n. 244. & 246. *Giach.*

Vel magiſtratu.] Far. d. q. 121. & p. 1. n. 10. *Roſ.*

p *Sed quid dicendũ.*] Quid in marito adulterũ occidẽte Far. d. q. 121. par. 2. n. 57. vbi q. 121. n. 57. ſcribit, an perdat dotis lucrũ ſect. 3. & ſect. 4. n. 74. Quid ſi medicinalia nõ ſubminiſtret in eadem quæſt. 120. & ſect. 4. nu. 74. *Roſ.*

Sed quid dicendum in
185 *marito.*] Adde † quòd in Reg. Neap. adeſt Cõſtitutio, quodlibet marito vxorẽ occidere, & adulterũ, deprehẽſos in adulterio, nulla tamen mora protracta: quãdo cõſtitutio incip. ſi maritus vxorẽ. Et non fit diſtinct. an ſit nobilis, vel vilis perſona, vt per Afflict. in d. cõſtit. & ibi nu. 4. habetur,
186 † quod ſi maritus interficeret deoſculantẽ vxorẽ; & poſtea probaretur, quod adulteriũ non fuerat ſecutũ, non dẽt puniri pęna homicidij, ſed minori, ob iuſtũ dolorẽ. Et
187 † in Hiſpania adsũt decreta, per quæ mulier, & adulter tradũtur in manibus mariti, qui dẽ eorũ perſonis, & bonis poſſunt facere, quod vult, Io. Lupus in rub. de don. inter vir. & vxor car. 10. in 4.
188 Itẽ adde, † quod quãdolicet marito interficere vxorẽ in adulterio deprehenſam, eã interficere poteſt etiã prægnãtẽ, vt per Bald. in l. Imperatorem, ff. de ſtatu homin. quem refert, & ſequitur Fel. in c. ſi vero, col. 11. extra de ſent. excom. & idẽ tenuit Io. de Arn. in epit. 52. vbi d. cõſt. Reg. ampliat, vt maritus vxorẽ interficere poſſit, etiã quod eſſet prægnans: & ſequitur Cepha. conſ. 305. n. 7. vol. 3.
189 Item adde, † quod ſi pater vel maritus occidit adulterum, vel adulteram in caſu à lege ciuili permiſſo in terris Imperij eſt tutus: ſed in terris eccleſiæ poterit puniri pœna capitali, ſecundum Anna. in c. interfeciſti, num. 8. de homicid. quem refert, & ſequitur Felyn. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 42. de conſtit. & Couar. in 4. decret. par. 7. §. 7. nu. 15. Contrarium tenuit Neuizzan. in Sylua nupt. lib. 5. in verb. non eſt nubendum, n. 84. quòd imò in terris Eccleſiæ in foro contentioſo ſit tutus, & non poſſit puniri atteſtando de communi, prout etiam atteſtatur Pariſ. conſ. 154. n. 12. vol. 4. & Cephal. conſ. 305. in quibus locis tamen concluditur, quod
190 non † ſint liberi à pæna ſpirituali; & quare conſtitutum ſit
191 † adulterum, poſſe impunè occidi, Sylua nupt. lib 1. verſ. non eſt nubẽdum, num. 79.
192 Itẽ adde, † quod ſicut libertus nõ poteſt patronũ ſuum in adulterio cũ eius vxore repertũ occidere, ſic nec filius patrẽ; quia, quãuis reperiatur in adulterio, remanet pater cui reuerentia debetur: neceſt, quo ad filiũ turpis perſona, quæ occidi poteſt per maritum, vt tenet Bart. in leg. ſi adulterium, §. fin. ff. de adulter. quem refert, & ſequitur Gulielm. de Benedic. in in c. Raynutius num. 30. folio mihi 212. Anguſ. conſilio 7. num. 10.
193 Item adde, † quòd deprehenſa in adulterio non ſolum dicitur illa, quæ reperitur infragranti, ſed etiam illa, quæ eſt cõuicta de adulterio, Bart. in leg. prima, per illum text. C. de petit. bonor. ſub libro 10. Ang. Raph. & Paul. de Caſtr. in l. 3. in princ. C. de ſeru. fugit. vbi not. diſtinguunt, an ſtatutum, vel lex loquatur in præterito, videlicet, ſi fuerit deprehenſus: aut in futuro, ſi deprehendatur; quia primò caſu intelligitur quomodolibet cõuictus, in ſecundò de actuali apprehenſione, ſequitur Dec. in capitulo cum non ab homine, num. 11. de iud. & Bertaz. in conſil. 42. nu. 10. vol. 1. & ibi etiam dicit, quòd vxor per eius confeſſionem factam marito dicitur deprehenſa in adulterio.
194 Item adde, † quòd confeſſio mulieris extraiudicialis geminata, ſi concurrant aliæ præſumptiones, & coniecturæ, probat adulterium, Bertazz. dicto conſ. 42. nu. 1. cum ſequen. Grat. conſ. 80. num. 3. vol. 2. Socin iun. conſ. 32. nu. 17. vol. 2. Rim. iun. conſ. 174. num. 35. *Baiard.*

quibus in d. l. patri, & alijs ſeq. ſcilicet quod pater ᵐ *eodem impetu occidat etiam filiam. Secundo, quod filia ſit in ipſius patris poteſtate. Tertio, quod illum occidat in domo ſua, vel generi, non autem alibi. Quarto, quod filia ſit nupta. Quinto, quòd illum deprehendat in ipſa turpitudine. His autem omnibus non concurrentibus non liceret patri impune adulterum interficere.* ⁿ *Et hæc omnia locum habent, etiam ſit talis adulter ſit clericus; poteſt enim pater illum ita deprenſum, citra excommunicationem percutere, neq; incurret in pœnas, c. ſi quis ſuadente, 17. q. 4. Et eſt communis opin. vt dicit Bermond. de concub. fol. 267. num. 5. in fin. In Iudice autem,* ᵒ *vel magiſtratu multi dubitant, an ſi deprehenſus fuerit in adulterio, poſſit impune occidi: & Grãmat. ſiue Blaſius ſuper conſt. Regni. fol. 110. numer. 8. refert Bart. in l. marito, §. illud, in primis verbis, ff. de adulter. atteſtantem communiter teneri, quòd non, ex quo magiſtratus non poſſunt accuſari iure mariti; licet in libro meo Bart. nullum verbum faciat de cõmuni opi. ipſe tamen Bart. tenet, quod poſſit occidi. Et hæc ſententia mihi magis placet; & ideo caueant officiales à thoris alienis, ne aliquid tale eis contingat.*

49 *Sed* ᵖ *quid dicendum in marito? nũquid ei licebit adulterum cum propria vxore deprehensũ impune interficere? Reſp. Si quidẽ adulter ſit vilis perſona, tunc poteſt à marito impune interfici in domo propria, non tamen alibi; vt eſt text. in l. marito, ff. de adult. Si verò adulter non ſit vilis perſona, non licet illũ impune occidere. Bene verum eſt, quòd ſi illum occidat, non punitur pęna vltimi ſupplicij, propter iuſtum dolorem, ſed mitius; nã ſi eſt humilis perſona, damnatur in metallũ, ſi verò eſt boneſtior, relegatur in inſulam: ita dicit text. in l. ſi adulterium cum inceſtu, §. Imperatores, ff. de adul. Vel mittitur in exilium, l. Gracchus, C. eod. tit. de adult. Et licet aliqui dicant, quod nullo caſu licet marito adulterum cum vxore deprehenſum interficere; tamen cõmunis opin. Legiſtarum eſt, quòd liceat, iuxta declarationem prædictam, vt atteſtatur Pariſ. conſ. 154. num. 12. lib. 4. Et ita in facti contingentia conſuluit Soc. Iun. conſ. 34. lib. 2. Maritus autem clericum cum vxore in adulterio deprehenſum percutiens non incidit in pœnas d. cap. ſi quis ſuadente, vt etiã ſe patre ſupra dictum eſt, & eſt tex. in c. 3. in fin. de ſent. excom. & ita tenent communiter Doctores, vt dicit Ant. Gomeſ. ſuper l. 80. Tauri. numer. 55. Quod tamen intellige, vt procedat in marito: ſecus autem in ſponſo per verba de futuro, ita videtur ſenſiſſe Gloſ in c. 3. in verbo, Cum vxore: quã dicit eſſe ab omnibus approbatã Didac. in epit. ſuper. 4. decr. fol. 3. n. 12. qui tamẽ tenet quod hoc caſu ſufficeret habere abſolutionẽ à proprio Epiſcopo, non autem teneretur illam impetrare à Summo Pontifice: quod & mihi placet. Faciunt, quæ dixi ſupra hoc eod. lib. §. Adult. verſ. Sed hæc omnia.*

50 *Sed hæc quidem omnia procedunt in foro contentioſo.* ʳ *Ceterum in foro conſcientiæ*

q *Impune interficere.*] Adde, atque plenius vi. per Carrer. in pract. crim. §. homicidium 6. num. 237. cum trib. ſeq. vbi extendit etiam in vxore prægnante, & an liceat alteri demandare, vt ſi maritus ſit ſenex, vel infirmus. *Giach.*

r *Ceterum.*] Quid in foro conſcientiæ, Farin. d. q. 121. & par. 2. num. 122. & ſequentibus. *Roſ.*

x *Dubium*

t *Dubium eſt.*] Et vtrum pater vel maritus poſſit id alteri mandare, Far.d.q.121.n.14.par.1. *Roſ.*

195 *Dubium eſt.*] Adde, † quod ſi quis vocaret multos amicos, vt adulterum tutò interficeret, illi amici non debent puniri, Pariſ. conſil.154.volum.2.& Socin. iun. conſilio 32. vol.2 vbi dicit etiã, quòd maritus, & ſocij poſſunt
196 cõparere per Procuratorem, quòd tamen procedit, quando mandatũ fuerit abſq; pretio: alias mandans, & mandatum ſuſcipiens grauior. penis eſſent puniendi, ſecundũ plaz. epit. delict. lib.1. c.
197 15. in fi. & † quòd pater poſſit mãdare filio, vt interficiat adulteros, latiſſimè per Viu. opi. 33. incip. adulteri. *Batard.*

ſ *Quod nõ.*) Sed quod poſſit etiam maritus alteri mandare, & mandando, quod non teneatur mandans, vide per Carrer. in Pract. crim. §. homicidium, 5. num. 90. qui nu. ſeq. relatiuè ponit de hoc, an, & quando alicui liceat de iure communi, aut ſtatutario alteri demandare, & mandando non teneatur. Et in caſu, in quo non poteſt alijs demandare, intellige de extraneis, non de filijs. Et etiã poteſt alios congregare ſocios, & facere, & tunc nec ſocij, nec ipſe tenentur, vt ibidem plenè habes in §. autem, ſeq. ſub num. 249. dicit etiã Paul. Caſt. cõſ. 289. quod ſi maritus, & fratres occiderunt vxorem, ſolus maritus punitur, & non fratres, & paulo inferius in ſtatuto permittente fratri occidere cõuerſantẽ turpiter cũ ſorore, quòd ſi frater cõnuocauerit amicos, & occiderit, excuſandi ſunt amici, & in materia, quãdo liceat vẽdicare, an liceat congregare amicos & cõſanguineos, retulit Marſ. late tractantẽ. *Gia.*

t *Bene verum eſt.*) Farin. par. 1. numer. 17. & 18. & par. 2. num. 79. & 83. *Roſ.*

198 u *Plerumque etiam, vt dixi, excuſant, &c.*) Adde † in hac materia Menoc. de arbitr. iud. q. 90. vbi multum diffuſè explanauit, quando Iudex habens arbitrium in cauſis capitalibus poſſit punire occidentem bannitum, ſtatuto occidi concedente, ad quod ſtatutum vide etiam Viu. opin. 770.
199 vbi † ponit multas limitationes, & bannitum, quem eſſe quomodo probetur, & quando poſſit iure occidi, Maſcard. concl. 162. vol. 1.

200 Item adde, † quòd bannitus pro aſſaſſinio de iure communi impune occidi poteſt, cap. pro humani de homic. in 6. & Ang. conſil. 14.

201 Item adde, † ſi accuſatus de homicidio probauerit, quòd occiſus erat bannitus: ſed non probatur, quod erat bannitus ante vulnus, vel poſt, debet abſolui, ſtante ſtatuto, quod bannitus impunè poſſit occidi, Foller. in verſ. recipiantur defenſiones reorum, num. 33. in pract. crim. *Batard.*

non licet patri, neque marito neq; filiã, neque vxorem, neque adulterum in adulterio deprehenſos [s] *interficere. ita dixit Gloſ. in cap. inter hæc in Gloſ. 1. circa med. 33. q. 3. Et eſt cõmunis opin. vt ait Didac. in epitol. ſuper 4. decreta. c. 7. §. 7. num. 8. & ſeq.; quem refert Villalob. in ſua collecta communiũ opin. in littera M. verſ. maritus ſi occidat, Menchiaca lib. 1. de teſt. in 1. parte, poſt num. 7. verſ. vnde data: & controuerſ. vſu frequentium, c. 8. nu. 2. Et ideo peccant mortaliter eos occidendo. Hæc tamen opin. mihi nũquam placuit, impiũ eſt enim, iudicio meo, dicere, apud nos vigere aliquam legem, quæ peccatum mortale committi permittat, vt etiam dixi infra, verſ. ſed nunquid.*

51 *Dubium eſt, nunquid poſſint pater, vel maritus alteri mandare, vt alterum in domo ſua deprehenſum (in caſibus tamen, in quibus de iure licite occidi poteſt) interficiat: nam aliqui dixerunt,* [1] *quòd non, & fuit opin. Bald. in cap. ſi quis vero, poſt num. 3. de pace iuramen. firm. in vſibus feudorum, quam dicit eſſe communem Aug. ad Ang. de malefic. in verbo, Che hai adulterato, num. 64. quem refert Grammat. ſuper conſtit. Regni, fol. 110. nu. 9. Claud. in d. l. vt vim, num. 124. Rolan. conſil. 24. numer. 29. lib. 2. Cum enim caſus ſit valde exorbitans à regulis iuris communis, vt ſcilicet poſſit quis propria auctoritate vindictam ſumere, non videtur ad alias perſonas extendendus.* [t] *Bene verum eſt, quod licet patri, vel marito illud mandare proprio filio, & ita tenuit Baldus in d. l. Gracchus, numer. 3. Et hanc opin. aicit frequentiſſimam eſſe Didac. in epitol. ſuper 4. Decretal. fol. 140. num. 5. Ita etiam tenere communiter Doctores atteſtatur Anton. Gomeſ. ſuper l. 80. Tauri. nu 61. Quinimò multi tenuerunt, quod poteſt etiã alijs mandare. Et hæc opin. ſeruatur in practica, prout in facti contingentia reperio iudicaſſe Curiã Neap. teſte afflict. ſuper 3. parte conſtitut. Regni, Rubrica 46. num. 9. quem refert Pract. Carrer. fol. 445. numer. 240. ſecundum quam ſe etiam in facto obtinuiße atteſtatur cap. de ſeruit. vrban. cap. 23. circa fin. Vide quæ dixi infra hoc eod. lib. §. fi. q. 60. verſic. ſolet dubitari, circa fin.*

52 *Plerunque* [u] *etiam, vt dixi, excuſant ſe homicidæ, allegando, quod offenſus* [x] *erat bannitus: & ideo potuit impune offendi. Sed certe hæc exceptio, quatenus habet fomentum à ſolo iure communi, parum, vel nihil prodeſſet imputato. nam ſecundum diſpoſitionem iuris communis* [y] *bannitus non poteſt impune offendi. ita dicit Bart. in l. vt vim. num. 1. ff. de iuſt. & iure. Et ita determinant communiter Doctores, vt ait Claud. in eadem l. vt vim, in*

x *Erat bannitus.*) Hic cadit pulcherrima quæſtio, An per ſecundum bannum intelligatur receſſum à primo, de quo non ſit facta mentio; vid. per Cępol. crim. conſ. 6. vbi etiam plenè tract. an abſolutus, ſed nõ cancellatus, poſſit vi ſtatuti occidi impune. *Giach.*

y *Impune offẽdi.*) Adde quando Iudex arbitrium in cauſis capitalibus habens punire poſſit occidentem bannitũ, fuſiſſime explanatũ per Iacob. Menoc. de arb. iudic. lib. 1. q. 90. per totã. Item bannitus, an poſſit impune occidi infra quĩdecim miliaria vltra territorium, in quo maleficium cõmiſit, ſtante ſtatuto, vt Taruiſij, quod bannitus de Taruiſio, vltra territorium per quindecim miliaria impune occidi poſſit; ſi reperiatur bannitus de Taruiſio in territorio Paduano, quod diſtat per quindecim miliaria à territorio Taruiſino, an impunè occidi poterit, vide per Cæpol. conſ. crim. 8. per totum. *Giach.*

z *Bannitus non poteſt impune offendi.*) Et hoc verum eſt non modò de iure communi, ſed etiã attento Iure diuino; vnde in Geneſi capitulo 4. Caym, interfecto fratre Abel, cum eſſet vagus, & profugus ſuper Terram, quod idem ſonat, vt bannitus, non habens firmum domicilium, vt eſt infra § fin. q. 39. v. fui interrogatus; ſic ait omnis igitur, qui inueniet me, occidet me; Dixit ei Dominus, Nequaquam fiet; ſed omnis, qui occiderit Caym ſeptùplum punietur. Vnde legitime dubitari poteſt, Vtrũ tale ſtatutum, quod bannitus impune offendi, & occidi poſſit, valeat, de quo in Cap. ſi non licet 23. quæſt. 5. §. his igitur exceptis; Diſtingue tamen legem veterem Moſaicam, vt per Tiraquel. in præfat. de Retract. lig. numero 3. cum ſequentibus per Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. Cent. 3. caſ. 290. num. 10. & Cent. 4. caſ. 357. ſub num. 15. eſt autem cautum in lege Moſaica per hæc Verba; Aliter expiari non poteſt, niſi per eius ſanguinem, qui alterius ſanguinem fuderit; Numer. cap. 35. in fin. At quicquid ſit, aliter dici non poteſt, niſi quod tale ſtatutum ſit horridum, & inhumanum, & credendum eſt, quòd qui vident offenſum ſanguinem tum prece, tum pretio, tale ſtatutum non approbant, nec in ſecreto gratiati ex eo à probis hominibus laudantur; Ho-
202 micidium † enim non eſt ſine immunditia, Fel. cap. quæ in eccl. col. 3. de conſtit. Quicquid hic dixerit Clar. dixeritque Menoc.

Menoch. de arb. iud. lib. 1. q. 90. nu. 6. Quia quòd imò infames ſint tales bannitos occidentes, & melius iudicio meo (vtũtur enim officio Carnificis) dixit Plot. in l. ſi quando, §. 50. ſub nu. 8. C. vnde vi. Io. Arno. ſing. 71. Et quod vtantur officio Miniſtri Iuſtitiæ, ideſt Carnificis, dixit Menoch. d. tract. lib. 2. cent. 3. caſ. 284. ſub nu. 34. eſt tamen fauorabile ſtatutum hoc, vt per Crauet. Tractat. de antiq. temp. part. 4. verſ. videamus in principio ſtantibus maximè duab. ſuper hoc Bullis Piorum Quarti, & Quinti, referente Octauio Vulpello conſ. crim. 2. nu. 4. & per Alex. cõſ. 2. in fin. volum. ſecundo. Nota etiam perpetuò tu qui ſollicitè quæris caput banniti, vt te liberes à banno, vel aliàs, vt præmium conſequeris: quia non ſufficit mittere ſpiculatores qui mandato tuo requiſitum occidant; ſed oportet vt manus tuæ ſanguine fœteant: Non enim poteſtas occidendi priuato conceſſa delegari poteſt; ſic Felin. & ibi latè in addit. cap. quæ in eccleſiam, & in cap. Quoniam. §. is autem, col. ſecunda, ibi. Vtrum partes; de offic. deleg. Contrarium tamẽ in patre deprehendente filiam in adulterio, vt homicidium eidem conceſſum delegare poſſit, dixi infra q. 60. verſic. ſolet dubitari, ad fin. Vide etiam Boſſ. tit. de defenſis, num. 66. & in contrarium, quòd imò etiam per alium hoc fieri poſſit, Bald. conſil. 401. in fin. vol. 1. quem refert Crauet. conſ. 3. nume. 1. in fin. Vide infra q. 39. verſic. fui interrogatus; Quod etiã comprobatur ex his, quę dixi infra hoc eodem §. verſ. in hoc etiam in fin. ſupr. verſ. 1. Hanc materiam latè tractatam, vide per Angelum de Aret. Tractat. de malef. verſic. *che hai adulterata la mia donna.* circa princ. & num. 28. & 64. Vide infr. q. 8. verſ. ſed nunquid. *Drog.*

a *Communiter obſeruari,*] Farinac. q. 103. vol. 4. de qua in nu. 8. 9 & 10. atque 13 & ſeq. vſq. 15. *Roſ.*

b *Sed quia communiter.*] Quid ſecundum ſtatuta latè Far. in 4. vol. ſuæ prax. q. 103. qui tradit varias quæſtiones, & nu. 1. de eorum validitate. *Roſ.*

Sed quia communiter per Italiam extant ſtatnta, &c.) Ad-
203 de, † quod huiuſmodi exceptio impunitatis impedit proceſſum ad ulteriora, etiam quod interfecerit bannitum extra territorium bannientis, Brunus in tractatu de Conſtitut. & Decret. in verſic. bannitus ſuper verbo banniti ſtatutarij, verſ. ſtatutum dicit, quod bannitus, & Franch. in deciſ. 276. nu. 2. vol. 2. & poteſt opponi per procuratorem, vt infra q. 32. verſicul. quæro modo.

304 Item adde, † quòd bannitus non poteſt ſeipſum interficere, etiam ſtante huiuſmodi ſtatuto, ſecundum Bald. Salyc. Fulgoſ. Pau. & Iaſ. in l. 1. C. de ſeru. fugit. Gulie. de Bened. in cap. Raynut. in verb. mortuo itaque teſtatore, nu. 46. fol. 84. par. 2. latè per Menoch. de arbit. Iud. caſ. 284. nu. 32.

205. Item adde, † quòd ſtatutum loquens de bannito, non uerificatur in bannito, de cuius banno diſputatur, Bald. in l. 2. ad finem, C. ſi pend. appell. mors interue. quem ſequitur Socin. ſen. in conſ. 112. nu. 4. vol. 1.

206 Item adde, † quòd huiuſmodi ſtatutum non habet locum in clericis malefactoribus, Baldus in capitulo cum non ab homine, col. fin. de Iud. quem refert, & ſequitur Marſil. in Rubrib. de fideiuſſor. numero 118. & idem Baldus in l. 1. numero nono, C. ſi non à compet. Iud. vbi videtur diſtinguere, quòd aut clericus occiſus non erat in habitu: taliter quod occidens ignorauit, & tunc vendicat ſibi locum ſtatntum; aut erat in habitu, & tunc ſecus.

207 Item adde † quòd dictum ſtatutum non habet locum, ſi citatus pro aliquo delicto comparuerit in iudicio, & omnia contenta in inquiſitione negauerit, & ſuas exceptiones, & defenſiones propoſuerit; & poſteà iterũ citatus non cõparuerit,

lectura, num. 8. & in repet. numer. 17. vbi dicit, quòd omnes illum ſequuntur, ita etiam dicit ſe vidiſſe [a] *communiter obſeruari Alber. in quarta parte ſtatutorum, quæſtione decimaſexta, circa finem. Habet autem hæc concluſio maximam æquitatem, nè homines ea ex cauſa inter ſeipſos ſæuiant. Et ſi dicatur, quod banniti ſunt Hoſtes Ciuitatis, à qua exulant, meritò debent impunè offendi poſſe. Reſpon. quòd imò regulariter non licet hoſtes interficere, ſed ſpeciale eſt in transfugis ad hoſtes, qui propter periculum reuelationis ſecretorum impune occidi poſſunt iuxta tex. in leg. 3. §. transfugas, ff. ad leg. Cor. de ſicar. ita dicit Bartol. in loco prǽallegat. quem ceteri communiter ſequuntur, vt ait Claud. in ea. leg. vt vim, in lectura. numero 9.* [b] *Sed quia communiter per Italiam extant ſtatuta, quod banniti*

tatus non compauerit, & bannitus fuerit, quia potius dicitur bannitus ob contumaciam, quàm ob maleficia; & ideo non poterit impunè offendi, ſecundum Curt. in conſ. 59. nu. 17.

208 Item adde, † quòd hoc ſtatutum nedum habet locum in bannito, verum etiam in eo, qui de proximo eſt banniendus, Iaſ. in conſ. 133. ad fin. uolum. 1. Burſat. conſil. 216. in fine, volum. 2. ſi verè ſunt lapſa tempora omnia præfixa ad cõparendum, vt dicit Caſtre. in l. 3. §. ſi ſeruus, ff. de acq. poſſ. Iaſ. in l. ſi qua mulier, col. 6. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Marſ. ſingul. 106. & conſil. 94. qui de proximo, & in l. vnica, nu. 74. C. de rapt. uirg. & conſ. 94. Alij contrarium tenuerunt, ut dicit Tiraq. de l. connub. gloſſ. 2. nu. 5. & præſertim Aret. & Alex. in d. §. ſi ſeruus, & Lazar Fenut. in tract. ſuo de momen. temporis, c. 28 n. 4. ubi dicit, quod opinio Aret, & Alex. contra Caſtren. eſt uera, eo maximè, ſi ſuperſit facultas appellandi; & quòd opin. Caſtr. poteſt. procedere in caſibus, in quibus de iure cõmuni, uel municipali appellari non poſſit: de hoc uide etiam addent. ad Bertaz in conſ. 223. uerſ. ampliat plerique, & Bertaz in conſ. 494. num. 3. uol. 2.

209 Item adde, † quod hoc ſtatutum habere locum in bannito notoriè, & per publicum proclama, quòd poteſt impune offendi, etiam quod non ſit deſcriptus in libro bannitorum. Bero. in conſ. 196. nu. 36. uol. 3.

210 Item adde, † ſi interficiens bannitum, muros ciuitatis tranſcenderit, non eſt puniendus, nec etiam ſi arma prohibita portauerit, latè per Burſat. in conſ. 134. uol. 2. & de armis probibitis habetur, etiam in conſ. 141. eod. uolu. Bero. conſ. 196. n. 19 & conſ. ſeq. uol. 3. Bertaz. conſ. 132. nu. 5. & ibi addent. uol. 1. Menoch. de arbitr. iud. caſu 394. numer. 73. Viui. commun. opin. in uerſ. ſtatutum diſponens, quod bannitus & Vulpell. conſ. 66. num. 7.

211 Item adde, † quod ſtante dicto ſtatuto etiam ſocij bannitorum impunè occidi poſſunt; ſicut ceteri banniti, ſi præſtat opem bannito, ne offendatur, Caſtren conſ. 235. alias 194. uol. 1. Bero. conſ. 196 nu. 16. cum ſeq. & 197. nu. 4. uol. 3. quos refert, & ſequitur Bertaz. conſ. 223. nu. 12. & 13. uol. 1.

212 Item adde, † quòd ſtante hoc ſtatuto bannitus poteſt offendi in bonis ſuis, Paul. de Caſtr. Roma. Alexand. & Iaſ. in l. 1. C. de hæred. inſtit. Bald. in l. non ſolum, C. de uectig. & commun. Imo. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell. Ruin. in conſ. 49 num. 6. uolum. 4. Alciat. in conſ. 6. lib. 2. & Vulpell. ubi de communi atteſtatur in conſ. 142. num. 6. Contrarium autem tenuit Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Cardinal. Alban. conſ. 8. num. 29. quem ſequitur Peregrin. in tract. de iure fiſci, libr. 3. titul. 7. numer. 45. in fine, Bolognet. autem in l. ut uim, num. 30. cum ſequen. ff. de iuſt. & iure, ita diſtinguit, quòd ſi eſt bannum Imperiale, ut eſt, quando quis ipſo iure bannitur, abſque ſententia Iudicis, ut dicitur in authen. caſſa. C. de ſacroſanct, Eccleſ. & in cap. pro humani, de homicid. in ſexto, & in cap. excommuninatus, §. moneantur, de hæret: tunc bona bannit poſſunt dilapidari, & occupari; ubicunq; uero bannum non imponitur ipſo iure, ſed per ſententiam, communiter concludit, quod eius bona dilapidari non poſſint. ſed prima opinio, quod poſſit offendi in bonis, eſt communis, ſecundum Viui. comm. opin. 770. num. 8. uol. 2. Quinimo etiã poſt mortem, ſi interfector illum ſtatim, & incontinenti depredauerit: ſecus, ſi ex interuallo, Paul. de Caſtr. conſ. 3. in fine, uolum. 3. Burſat. conſil. 124. num. 14. uol. 2. & Viui. ubi ſupra, num. 29.

213 Item adde, † quod plures ſunt caſus, in quibus dictum ſtatutum non habet locum, de quibus plenè habatur per Duen in regul. 68. ubi ponit multas amplationes, & limitatio-